



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

Capvt X. Continet Examen Conscientiae, ex Septem peccatis mortalibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

proximi; aut si incarceratum coëgit iurare, statim, vt veritatem dicat super his, de quibus interrogabitur, & interrogat eum priuatim de omni facto, & qualibet eius parte, propter quod in carceribus detinetur.

OMISSIONE.

1. Qui quid serium, licitū & possibile promisit animo non implendi illud, sed decipiendi animo, aut etiam intentione implendi, & non impleuit. De mendacio pactorū & promissionum.
2. Qui interrogatus de vitæ alicuius honestate, ad dandum illi officium seu beneficium, tacuit ex industria multa bona, quæ sciebat, ne conferretur illi. De detractione.

C A P V T X.

Continens Examen
Cōscientiæ, ex Septem
peccatis mortali-
libus.

COGI-

Caput X. De Examine Conscientie

Primum peccatum mortale

SUPERBIA.

Qua peccat.

COGITATIONE.

1. Qui amauit propriam excellentiam, & magnitudinem cum expresso cōtemptu subiectionis diuinæ, aut cum voluntate præferendi se DEO.
2. Qui optauit honorem ex re, quæ peccatū erat.
- De ambi- 3. Qui deliberatè desiderauit plura benefi-
tione. cia incompatibilia, sine iusta dispensa-
tione.
- De vana 4. Qui desiderauit gloriam, laudem, famā,
gloria. ex aliquo factō suo mortaliter malo, veluti duello, interfectione, vulneribus iniuste illatis, vel ex aliquo bono, ad finē mortaliter malum.
- De curiosi- 5. Qui, vt aliquid sciret, voluit omittere, im-
tate. plere, aut violare aliquā legem, cuius præuaricatio sit peccatum mortale.
6. Qui voluit aliquid scire ad finem mortaliter malū, putā, si de alterius vitiis inquisiuit, intētionē ipsum notabiliter difamandi.
- De perti- 7. Qui pertinacior in sua opinione fuit, q̄
nacia. rationes, quas pro ea habebat, requirebāt, in rebus, fidem vel mores cōcernentibus,
ad

ad credendum, vel sperandum, aut operandum contra communem Ecclesiae doctrinam, aut ad operandum in damnum proximi.

V E R B O.

- 1. Qui praesumpsit dicere, quod Deus non priuabit gratia sua, nec puniet ipsum, sit **De Praesumptioe.** quantumuis magnus peccator, eo, quod pro hominibus, non pro bestiis Paradisus constructus sit.
- 2. Qui seipsum, vel alium laudauit de re bona, vel saltem non moraliter mala, sed falso, praebendo causam probabilem, vel verisimilem notabilis damni cultus Dei, aut vtilitatis Reipub. aut animae, honoris, famae, aut rei familiaris proximi; veluti, si testatus fuit aliquem esse bonum, medicum bonum, magistrum bonum &c. cum re vera malus, vel non talis esset. **De vana gloria.**
- 3. Qui se iactauit, & laudauit, vel suos, vel quemlibet alium, contra gloriam, aut insignie Dei seruitium, aut de aliquo peccato mortali, vero aut falso, aut verbis notabiliter iniuriosis proximo, prout Pharisaeus, qui dixit: Non sum, vt reliqui homines: Et vt is Publicanus: Aut cum superbia, & vana gloria mortali, aut cum notabili damno proximi, sicuti falso dicendo se, vel alium esse magnum medicum, **De iactantia.** **Luc. 18. 1**

inf-

Caput X. De Examine Conscientie

in signem aduocatum, vel sanctitatis eximie virum.

O P E R E.

De presumptione.

1. Qui in notabile detrimentum corporale, vel Spirituale proximi presuit alicui muneris, quod nesciebat, aut non valebat administrare, cuiusmodi sunt Iudicare, Aduocare, Consulere, Curare, Confessiones audire, populo verbum Diuinum Annuntiare.

2. Qui vsurpauit potestatem alterius: Verbi gratia iudicauit eum, qui sue non existit iurisdictionis, absoluit a casibus, a quibus non potuit absoluere, aut dispensauit, aut commutauit vota, non habens potestatem, seu auctoritatem eius rei.

De Ambitione.

3. Qui deliberate recepit plura beneficia incompatibilia, sine iusta dispensatione.

4. Qui suscepit beneficium curatum, precipue ob honorem, vel vtilitatem temporalem, aut qui eo indignus, ratione ignorantie fuit.

5. Qui procurauit seculare officium, nescies, quid requirebatur ad debitam eius executionem, nec ope allefforis valens se iuuare.

De vana gloria.

6. Qui destinata principaliter ad DEI seruitium & gloriam, vt predicare, orare, & similia fecit potius, aut a que principaliter ob vanam gloriam.

7. Qui

- 7. Qui adinuenit exercitia, vel ludos, alia- De inuen-
que, quæ ex se sunt peccata mortalia, aut tione no-
alia, quæ non sunt talia, ad finem mor- uitatum, et
taliter malum, aut cum notabili damno de vestitu
seruitij DEI, seu boni alieni publici, aut & ornatu,
priuati.
- 8. Qui induit, aut ornauit se cum intentio-
ne prouocandi alium, vel aliam ad sui cu-
piditatē mortalem, licet ipsa nō sequatur.
- 9. Qui habitum alicuius religionis induit
ad vituperium ipsius.
- 10. Qui ne succumbat, ob aliā me caussam
contendit contra veritatem perspectam,
si id, de quo agitur concernit fidem, vel
necessarium est salutī animæ, corporisue.

O M I S S I O N E:

- 1. Qui propterea, quod iuerit ad locum ali-
quem inhonestum, vel quod se coniunxe-
rit improbe alicui societati, aut quod tor-
uis oculis aliquē inspexerit, peccauit mor-
taliter, nec deinde ab eiusmodi occasio-
nibus peccandi abstinuit.
- 2. Qui falsò in aliquo laudatus fuit, & ani- De vana
maduertit, quod si ipse taceret, & non cō- gloria.
tradiceret, adhibenda foret fides laudibus
falsis; quia fide adhibita timebatur ali-
quod notabile damnum cultus DEI, aut
vtilitatis proximi, nec cōtradixit, saltem
tantum, quantum expediebat, ne damnū
illud sequeretur.

3. Qui

Caput X. De Examine Conscientie

- De discor- 3. Qui noluit cum illo conuenire principa-
dia. liter, vt illi aduersaretur, & repugnaret.
De inobe- 4. Qui deliberatè recusauit facere, quod si-
dientia. bi iussum fuit, potissimum, si id, quod
præcipiebatur, erat tale, vt ipsum parere
necessum fuerit, sub poena peccati mor-
talis.
5. Qui, postquam à Iudice iussus fuit, vt sol-
ueret poenam legis, quam violauit, cum
esset notabilis quantitatis, noluit soluere.

Secundum peccatum mortale

A V A R I T I A.

Qua peccat.

COGITATIONE.

1. Qui voluit acquirere, aut retinere illici-
tè aliquid alienum notabile.
2. Qui ob amorem seu cupiditatem bono-
rum violare voluit aliquod præceptū Di-
uinum, vel humanum, quod ad mortale
ipsum obligaret.
De fraude. 3. Qui voluit deliberatè emere, alioue con-
tractu habere aliquid minori precio, quã
res valebat, aut vendere, aut alienare alio
contractu maiori precio, quã res erat
vendenda, aut alienanda.
De Simo- 4. Qui voluit deliberatè dare, aut recipere
nia. aliquid loco precij de re merè spirituali,
aut

aut connexa ei, aut de re composita, cuius
præcipua pars erat sacra, altera verò pro-
fana: aut demum de re cõposita, cuius
principalis pars erat temporalis, minùs
verò principalis, sacra & spiritualis.

V E R B O.

1. Qui mentitus fuit cum intentione deci-
piendi aliũ in re notabili, etiam si in par-
ua re deceptus.

O P E R E.

1. Qui ob amorem, seu cupiditatem bono-
rum, violauit aliquod Præceptũ diuinum,
vel humanũ, quod ad mortale ipsum ob-
ligaret.

2. Qui vendendo, emendo, permutando, lo-
cando, aut conducendo, aut aliis contra-
ctibus, vel quasi contractibus, defraudauit
deliberatè aliquem in re sua notabili, aut
ipsi debita, dando, aut recipiendo magis,
aut minus eo, quàm res valebat, aut ma-
iori, vel minori precio, eo, quod erat ultra
dimidiam iusti precij. *De fraude.*

3. Qui vendidit panem, aut aliud, ultra iu-
stum valorem notabiliter.

4. Qui emit aliquid, quod intelligebat pre-
ciosum esse, ab eo, qui ignorabat illud ta-
le esse, veluti aurum ab eo, qui putabat
orichalcum esse, aut animal sanum ab eo,
qui existimabat ægrum esse.

R.

5. Qui

Caput X. De Examine Conscientie

5. Qui vendidit arma ei, qui illa emit ad malum, vel ad bellum iniustum.
6. Qui vendidit venenum ei, quē putabat, vel p̄babiliter putare debuit, ipsum emere ad lædendum.
7. Qui vendidit aleas, vel tesseras hominibus, quos sciebat velle vti illis ad ludos p̄hibitos, & mortaliter illicitos.
8. Qui tempore messis, seu vindemiæ, ad eò immoderatè emit panem, aut vinum, ad vendendum illud postea carit̄s, vt caritas fiat.
9. Qui pactum fecit cū aliis mercatoribus, ne hoc vel illud venderent, nisi certo inter eos precio constituto, notabiliter immo dico.
10. Qui ad infidelium loca arma deduxit, vel etiam ligna, & similia.
11. Qui, cū esset publicanus, thesaurarius, receptor ciuitatis, vel communitatis, vel alicuius Domini emit, vel mercaturam exercuit, cū pecunia, quam ex officio percipiebat.
12. Qui, cū esset licitator suscepit aliquid ad vendēdum & partem notabilem precij pro se retinuit.
13. Qui certam nummorum quantitatē dedit, vt recitarentur tot missæ, cum intentione, vt illa esset precium missarum.
14. Qui vendidit, aut emit aliqua bona carit̄s

rius ratione iuris patronatus, aut iuris p̄-
sentandi ad aliquod beneficium, quod il-
lis erat annexum, vel aliquem calicem, vel
corporalia, eò, quòd erant consecrata, vel
aliqua alia, eò, quòd benedicta erant ra-
tione consecrationis, seu benedictionis.

O M I S S I O N E:

1. Qui non detegit occultum vitium, quod De fraude.
sciebat inesse rei venditæ, veluti corrup-
tionem cibi, ægritudinem serui, vel ani-
mantis, aut debilitatem fundamentorū
domus, quam vendebat.
2. Qui vendidit, triticum, vinum, aut aliud,
quod sciebat proximū esse corruptioni, et
quod multo tempore non erat perman-
surum in illa bonitate, ei quem sciebat,
aut probabiliter dubitabat ipsum emere
ad conseruandum, non autem ad statim
cōsumendum, nec ipsum emptorem cer-
tiores fecit, nō posse longo tempore per-
manere.
3. Qui societatem habet cū malæ conscien-
tiæ viro, qui per fas & nefas mercatur, nec
ei istud interdicit, vel socio non correcto,
non renuntiat eius amicitia.

R. 2 Tertium

Caput X. De Examine Conscientiæ

Tertium peccatum mortale

L V X V R I A.

Examen Conscientiæ, circa hoc peccatum, querat lector suprâ in Sexto Decalogi præcepto.

Quartum peccatum mortale.

I R A.

Qua peccat.

COGITATIONE.

1. Qui deliberatè desideravit, aut voluit vindictam sumere notabilem de innocente, aut voluit sumere vindictam maiorem, quàm æquum erat, quamvis vellet eam autoritate diuina sumere, aut autoritate iustitiæ, aut voluit autoritate propria sumere eam, quæ æquum erat, vel contra ordinem notabilem Iuris, vel iuxta ordinem iuris, sed ad puniti detrimentum, & non principaliter ad conseruationem Iustitiæ.

De indignatione,

2. Qui aliquem aded indignum sua amicitia & conseruatione reputauit, vt omiserit, aut propositum habuerit omittendi id, quod p ipso sub mortalis peccati pena facere debebat.

VER.

V E R B O.

1. Qui deliberatè dixit ex corde, aut ore aliquam iniuriam, aut maledictionē DEO, aut Sanctis eius. De Blasphemia.
2. Qui deliberatè maledixit alicui, & causā fuit mali, quod ei dixit per se, vel per aliū, aut desiderādo ei illud ex corde ad ipsius damnum.
3. Qui maledixit Diabolo, respectu naturæ suæ.
4. Qui maledixit, vel Diabolo obtulit aliquas creaturas irracionales, vt boues, equos &c.

O P E R E.

1. Qui se occupauit cogitationibus vindictæ, aut taliter vociferauit; vt propterea violārit aliquod præceptum, quod obligabat ad mortale, aut si dedit vel fecit aliquod notabile damnum, aut scandalum proximo.

Quintum peccatum mortale
INVIDIA.

Qua peccat.

COGITATIONE.

1. Qui doluit de bono notabili proximi deliberatè, scilicet; scientia, honore, fama, diui-

R 3

diui-

Caput X. De Examine Conscientie

diuitiis venerationi, & similibus, eò, quòd sequatur, inde propriæ excellentiæ suæ detrimentum.

2. Qui contristatus fuit, eò, quòd non haberet tot bona temporalia, quàm alij, ad finem mortaliter malum.
3. Qui doluit, eò, quòd DEVS largiatur bona malis hominibus, reprehédendo diuinam prouidentiam, quòd iniustè diuidat temporalia.
4. Qui deliberatè proposuit imitari malos in rebus, in quibus peccant mortaliter, vt temporaliter, sicut ipsi, beatior euaderet.

V E R B O.

De Odio.

1. Qui optauit proximo aliquod malum in anima, corpore, honore, fama, aut familiaritari ad damnum eius; aut si poenituit alicuius boni sui, quia bonum suum erat.

Quintum peccatum mortale

G V L A.

Qua peccat.

COGITATIONE.

1. Qui

1. Qui ultimum suum finem constituit in voracitate, aut potatione.
2. Qui intentionem habuit prouocandi alium ad peccatum mortale, aut si tantum eo ipso delectatus fuit, ut potius violasset mandata Ecclesie obligatoria ad mortale, quam illam delectationem omisset.

V E R B O.

1. Qui multum locutus fuit in contemptum DEI, aut intentione prouocandi alium ad peccatum mortale, aut, si tantum eo ipso delectatus fuit, quod potius violasset mandata DEI, & Ecclesie obligatoria ad mortale, quam illam delectationem omittere.

O P E R E.

1. Qui manducauit, vel bibit, vel porrexit alicui cibum, vel potionem, cum crederet aut credere deberet, officere posse notabiliter salutis suae vel proximi, aegro praesertim existente.
2. Qui intelligit, aut intelligere debebat inebriatum iri se, nihilominus largiter bibit, aut ad bibendum alium sollicitat.
3. Qui sciens comedit, vel ad comedendum dedit carnem homini, sine magna necessitate.

R 4

4. Qui

Caput X. De Examine Conscientie

4. Qui inhonestas cantilenas cecinit, aut inhonestas verba protulit, aut fecit corpore actus lasciuos.
- De inordinata letitia. 5. Qui cum iucunditate saltauit, aut cecinit &c.
6. Qui vsus fuit vestibus, aut ornamentis multum inhonestis, aut cum intentione prouocandi ad luxuriam, aut ad alium finem mortalem.

O M I S S I O N E.

1. Qui, vt comederet cibos multum preciosos, vltra quam requirat sua conditio, omisit soluere debita, aut prouidere ei, cui tenebatur.

Septimum peccatum mortale

A C E D I A.

Qua peccat.

O M I S S I O N E.

1. Qui ob contristationem bonorum Spiritualium, & diuinorum, omisit facere id, ad quod ex necessitate obligatus erat, aut poenituit fecisse illud, aut deliberate proposuit non facere.
2. Qui noluit discere ea, quæ ex necessitate scire debet, & communiter sciunt omnes Christiani; vt sunt articuli fidei, decem præ-

præcepta, & preceptum obseruandi festa,
ieiunandi, confitendi, &c.

3. Qui non tenet memoriter Orationem
Dominicam, Salutationem Angelicam,
Et Symbolum Apostolorum.
4. Qui ob animi demissionem, aut pigritiã,
omisit facere id, ad quod obligatus erat,
sub peccati mortalis pœna, prout subue-
nire proximo in extrema necessitate.

CONCLUSIO

Confessionis peccatorum,
quæ fit Sacerdoti.

Cùm pœnitens præcepta Decalogi secun-
dum ordinem percurrerit, & ex iis cõscien-
tiam suam, quanta potuit diligẽtia, exami-
nãrit; tùm Sacerdoti quoque, vices Christi
gerenti, omnia & singula peccata, quæ me-
moriam occurrerint, fideliter ac integrè expo-
suerit, poterit tum in hunc, vel similem mo-
dum confessionem suam concludere, & Ab-
solutionem, tùm salutarem pœnitentiam à
Confessario suo expectare.

Ista sunt, in quibus diligenter examinata
conscientia mea, à tempore proximæ con-
fessionis confiteor, & doleo me peccasse, ac
doleo, quòd non magis doleam. Habeo au-
tem propositum, gratia DEI, in posterum

R 5 ab

Cap X. De Exam. Consc. ex pec. mort.

ab istis & omnibus peccatis, pro mea virili, abstinendi, & emendandi vitam. Ideo precor Beatam MARIAM semper Virginem, B. Michaëlem Archangelum, B. Ioan- nem Baptistam, Sanctos Apostolos, Petrum & Paulum, omnes Sanctos; Et te Pater orare pro me Dominum Deum nostrum: Simul etiam, vt iniuncta pœnitentia, benefici- um Absolutionis mihi impendere dige- ris.

Postea absoluit pœnitentem Sacer- dos, eiq̄ satisfactionem pro quali- tate criminis iniungit.

CAPVT